



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

IX. De expulsione Polychronii extra ciuitatem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

tes eum. Ibi autem cum anathemate damnauerunt Euphemiũ vsque ad vltimum diem temporis sui. Et subscripserunt omnes in eius damnationem episcopi numero septuagintafex, & duo diaconi cardinales Romani, & tres presbyteri, & tres episcopi, qui directi fuerat, concluderunt, subscribentes in eius damnationem, & dum damnassent eum, extra ciuitatem iudicabant.

CAP. IX.

Et Polychronium episcopum Hierosolymitanum, quia ordinasset diaconum Æthiopem nomine Victorem, & quia propter decem libras auri ecclesias consecrabat, damnauerunt eum extra ciuitatem, & dederunt ei vel constituerunt prædia tria ecclesiæ, ita tamen, vt locus eius intactus seruaretur in gremio vrbs Ierusalem. Et dum cessissent ei vsufructuario prædia, subscripserunt episcopi septuagintafex & diacones duo, & dimiserunt ibidem episcopum quasi vicarium in loco eius nomine Theodolum de Bethlehem vrbe. Et suspenderunt sedem eius, ita vt extra ciuitatem habitaret in prædia supradicta, & venerunt ad vrbe[m] Romam festinantes supradicti

autem cum anathemate damnauerunt Euphemiũ vsque in vltimum temporis sui. Et subscripserunt omnes in eius damnationem. Episcopi vero septuagintafex, & duo diacones cardinales Romani, & tres presbyteri, & tres episcopi, qui directi fuerant, concluderunt, subscribentes in eius damnationem. Et dum damnassent eum, extra ciuitatem iudicabant.

CAP. IX.

Et Polychronium episcopum Hierosolymitanum, quare ordinasset diaconum Æthiopem, nomine Victorem, & quia ad decem libras auri ecclesias consecrabat, damnauerunt eum extra ciuitatem, & dederunt ei vel constituerunt prædia tria ecclesiæ, ita tamen, vt locus eius intactus seruaretur in gremio vrbs Ierusalem. Et dum cessissent ei vsufructuaria prædia, subscripserunt omnes episcopi septuagintafex, & episcopi tres, & presbyteri tres, & diacones duo, & dimiserunt ibidem episcopum quasi vicarium in loco eius nomine Theodolum de Bethlehem vrbe. Et suspenderunt sedem eius, ita vt extra ciuitatem habitaret in prædiis supradictis. Et venerunt ad

ANNO
CHRISTI
433.

ocho. Et iussit Sixtus episcopus conuenire episcopos supradictos simul cum Augusto Valentiniano, & alligauerunt vulnera eius. Gaudebat autem Augustus in damnatione Euphemii episcopi, qui extitit accusator Polychronii pontificis sui, & subscripserunt in damnationem horum duorum, omnis Synodus, & Augustus Valentinianus, & Sixtus episcopus vrbs Romæ manu propria conclusit.

CAP. X.

Post menses enim nouem, obfessa est ciuitas Ierusalem fame, non tantum fame, quantum inopia paupertatis. Polychronius autem, qui ex episcopo, vendidit publice prædia ecclesiæ supradicta pauperibus & clericis, populoque Hierosolymitano erogauit vel sparfit. Veniens autem Priscus diaconus vrbs Ierusalem, accusabat iterum Polychronium, dicens: Quod ei temporale concessum fuerat, vendidit populo cleroque sparfit. Hoc Sixtus episcopus audiens, gaudio corroboratur, & intimauit Augusto Valentiniano rem quam gestam audierat. Respondit diaconus, &

vrbs Romam festinantes supradicti ocho. Et iussit Sixtus episcopus conuenire episcopos supradictos simul cum Augusto Valentiniano, & alligauerunt vulnera eius. Gaudebat autem Augustus in damnationem Euphemii episcopi qui extitit accusator Polychronii pontificis sui. Et subscripserunt in damnationem horum duorum omnis Synodus & Augustus Valentinianus, & Sixtus episcopus vrbs Romæ propria manu conclusit.

CAP. X.

Post menses enim nouem obfessa est ciuitas Ierusalem fame, non tantum fame, quã inopia paupertatis. Polychronius autem, qui ex episcopo, vendidit publice præmia ecclesiæ supradictæ pauperibus, & clericis, populoque Hierosolymitano erogauit vel sparfit. Veniens autem Priscus diaconus vrbs Ierusalem, accusabat iterum Polychronium, dicens: quod ei temporale concessum fuerat, vendidit populo, cleroque sparfit. Hoc Sixtus episcopus audiens corroboratur, & intimauit Augusto Valentiniano rem quam gestam audisset. Respondit Leo diacon, & dixit ad Sixtum episcopum: